

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VII, 09 : De Theseo](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 09 : De Theseo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[90\] : De Theseo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 09 : De Theseo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 10 : De Theseo](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 09 : De Theseo](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 218r°-220r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Thésée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

DE Atalanta Schenei filia, quæ corporis viribus, & celeritate pedum nõ solum feminas, sed etiam homines anteibat, hæc pauca habemus memoria digna: quòd illa prior sagitta aprum Calydonium percussit, vt ait Isacius: quòd victa fuit ab Hippomene cursu dum malis tribus Hesperidum colligendis retardata fuisset, quòd in templo magnæ matris moræ impatiens nulla habita Deæ reuerentia cum Hippomene victore concubuit, quare Hippomenes in leonem, ipsa in leonem conuersa est. at cur hæc celebrata & memoriæ prodita sunt? quia significare voluerunt nihil aliud esse Atalantam, quam voluptatem; atque illum insanire, qui per summum capitis discrimen ac periculum illam expetat: quippe cum morbi, & pudor, & facultatum iactura, & vitæ non pauca pericula, voluptatum sine comites; ad quas sine his peruenire nunquam conceditur. Qui igitur per summa pericula voluptatem expetuerit nulla habita vel Deorum immortalium, vel sanctissimarum legum reuerentia, quo pacto poterit humanam animi formam retinere, ac non in teterrimam belluam conuerti? vt igitur voluptates periculorum plenas deuitaremus, vt Deorum immortalium religionem coleremus, vt eorum loca sacra ne contemneremus, hæc ipsa literarum monumentis sunt tradita ab antiquis: qui nihil non vtile, plurimumq; ad humanæ vitæ informationem pertinens, ad nos transmiserunt; si quis recte considerauerit: cum omnia contra huius ætatis scripta ab imperitiis plerisque in lucem tradita, plena sint lasciuix, auaritiæ, adulationis; nihilque minus curent, quam vt viros bonos ac temperantes legentes efficiant.

Theseus Neptuni & Aethræ filius fuisse dicitur, vt traditum est in fabulis: quem tamen Plurarchus in eius vita non Neptuni, sed Aegæi fuisse scripsit; cui sententiæ assensit Ouid. etiam in his;

Nec pater est Aegæus, nec tu Pitheidos Aethræ
Filius: auctores saxa fretumque tui.

Fama est hunc aliquando cū puer esset adhuc, quo tempore Hercules Troezenem ad Pitheum venit, leonis pellem, quam gestabat Hercules, vidisse, atque securim è manu serui cuiusdam extorsisse illam belluam exsurus, quia leonem esse putasset, cū reliqui Troezeniorum pueri visa illa pelle aufugissent. Hic postea cum adoleuisset Herculis virtutem ac fortitudinem imitatus multos latrones & maleficos homines vbique sustulit, orbem terrarum peruagatus: & Scironem, qui in monte non procul ab Athenis intra Megara & Lithum, multos mortales è præcipiti loco deiecit, idem mortis genus experiri coegit, quo viatores ipse interimebat. Alii tamen dixerunt, inter quos fuit Socrates, quòd aduenis pedes lauandos protendebat, ac lauantes ex altissimo loco in mare deturbabat. Idem Theseus Cercyonem in Eleu sine palæstra suffocauit, sicut is solebat peregrinos: item Procustem pinus ad terram vi dessectentem & alligatos illis hospites arboribus in suum locum cæcis retinaculis reuertentibus crudelissime lamiantem ac diserpentem, interemit; aliosque latrones varia crudelitatis genera in hospites exercentes obruncauit, vt testatur Plut. & Str. lib. 9. Hic tantæ virtutis fuisse dicitur,

Mythologiæ

vt multis viris fortibus fuerit auxilio in præcariis facinoribus obeundis . nã & in Colchos cum Iasone nauigauit, & ad opprimendum aprum Ca'ydoniũ conuenit, & Adralto opem tulit in recuperandis caſorum ad Thibos cadaueribus, & cum Pirithoo Centauros debellauit, & ad inferos poſtea deſcendit, vnde fuit, vt diximus, ab Hercule liberatus . ſama eſt quod cum gloria Theſeus, nominisq̃ue virtutum ſuarum celebritate fidem propè omnem ſuperarer, Pirithous volens eius virtutem experiri, boues illius è Marathonie abegit tum iniuria hoſtis motus Theſeus illum è veſtigio perſecutus eſt.

- 10 Pirithous nihil terratus eius aduento illi in ſequenti etiam intrepidus ſit obuſus Theſeus eius magnitudinem animi, corporisq̃ue præſtantiam admiratus in colloquium venit, quare coorta eſt inter illos amicitia . Inuit autem Theſeus ſocietatem cum Pirithoo in loco quodam Atticæ non procul a Serapidis templo, vt ait in Atticæ Pauſ. Hæc ante Pirithoi ſocietatem cum eſſet adhuc adoleſcens in Cretam cum iis nauigare voluit, & vnus eſſe ex illis, qui quotannis pro morte Andogeï ad Minoem Cretæ regem tributï nomine mittebantur; quos dicebant in labyrinthum inclufos à Minotauro vorari. ſabulantur Aſterium ſine Minotauro corpus totum habuiſſe hominis, at caput bouis . hic erat in labyrintho loco ampliffimo & inextricabili viarum multarum ambage, qui factus fuerat ad Aegyptii illius labyrinthi formam, qui fuit apud vocatam ciuitatem crocodilorum; cuius operis magnificentiam ita deſcripfit Herodotus in Euterpe; *ἡ γὰρ τὸ τοῦ Ἰαλλίου τοῦ χιλιῶντος καὶ ἵππου ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου, Ἰαλλίου πικρῶς αἰετὸς καὶ βαρῆτος φασί, ἕστα τοῦ λαβύρινθου τῶν τῶν καὶ τοῦ ἀπὸ τοῦ αἰετοῦ καὶ ἰσὶ ἵππων ἵστῶν, καὶ ἰσὶ χιλιῶν. ἕκαστος μὲν καὶ καὶ ἀπὸ τοῦ αἰετοῦ μίσητος, καὶ πάλαι ἰατῶν ἀτίμων Ἰαλλίου καὶ ἵππου καὶ μίσητος ἀπὸ τοῦ αἰετοῦ. ἡ δὲ τῶν λαβύρινθου καὶ τῶν πυραμίδων κατασκευάσθησαν. τὰ μὲν ἰατῶν καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ αἰετοῦ ἀλλοτρίου, ἡ δὲ πρὸς τῶν τετραπύλων ἐπιπέδου. τῶν δὲ ἵππων ἰσὶ ἀπὸ τοῦ αἰετοῦ πικρῶς. ἀλλὰ μεταδ' ἰσὶ τῶν ἰατῶν, τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ αἰετοῦ, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ αἰετοῦ καὶ τῶν χιλιῶντος καὶ ἵππου ἰσὶ πικρῶς. Quare ſi quis ampliffimos muros, & ædificia Græcorum conſideret, multo interiora & opera, & lumpus magnificentia hoc labyrintho apparebunt. Eſt ſanè percelebre & magnificum templum illud Ephēſium & Samium: atque Pyramides fidem propè ſuperant, quarum vnaquæque cum multis Græcorum ædificiis poſſet comparari. At labyrinthus ipſas etiam pyramides operum mirabilitate ſuperat, longoq̃; intervallo relinquit. Humi ſiquidem duodecim ſunt aulae tecto coopertæ, portas habentes inuicem oppoſitas, quarum ſex in Boream ſpèctant ordine conuerſæ, ſex Notum reſpiciunt. vnus eſt murus exterior, qui illas intra ſe continet. Domicilia ſunt interiora duplicia; alia quidem ſubterranea, alia ſublimia & ſub illis numero ad tria nulla; atq̃; vtraque ad numerum mille & quingentorum accedebat. ad huius imitationem labyrinthum excogitauit Dædalus in Creta, in quem includebantur iuuenes tributï nomine ad Minoem miſi, qui à Minotauro vorari putabantur. Verum cum Theſeus eò nauigaſſet, ab Ariadna Minois filia Dædalï inventionem edoctus fuit, quo paſſo caſo Minotauro ab inextricabili viarum errore ſe expediret, & ad ingreſſum reuertetur, vbi filium annexerat. Hic igitur capta ſecum Ariadna ſalutis ſux artiſice in Naxos inſulam deſertur, vbi à Baccho admonitus fuit vt Ariadnam relinqueret; qui timore diuino percuſus dum illam profundiffimo ſomno immerſam vidiffet vela in vientos explicauit, & ex inſula profugit; quã poſtea duxit Bacchus, & ex ea Thoan*

tem, Ornopionem, Straphylū, Euanthem, Extramym, Tautopolim suscepit. Memoriae prodidit Theopompus Minorem cum Theseo, reliquamq; iuuenū Atheniensium manum accepisset, Peribææ amore captū fuisse; cuius libidini eū Theseus aduersaretur, ira cōmotos Minos & alias multas cōtumelias dixit in Theseū, & illū Neptuni negavit esse filiū. His addidit præterea quod non posset eam gemmam, quā gestabat, si in mare abiecisset, sibi restituere. Deinde cum ea dixisset, gemmam in profundissimum gurgitem maris abiecit: quo tempore memorant Theseum cum illa gemma, & corona quadam ab Amphitrite dono accepta emeruisse: quam coronam ad perpetuam eius facinoris memoriam inter sydera relata a Neptuno fuisse inquit. Plurarch. tamē in Thesei vita illum filium Aegæi fuisse scripsit eius, qui mari Aegæo nomē dedit; quamvis Nicocrates Cyprius ab insula caprarum vocata, Conon *ἡνίκά τις ἀπὸ καπρῶν* à capra Percania scilicet nominatum putavit: Nicostratus à Carystia, quæ fuit etiam Aegæa nominata. Atque cum prius in pagos dispersi essent homines Athenienses, ipse Theseus dictus est illos in vna moenia incluisse, legesque dedisse, & popularem administrationem ibi instituisse, quæ usque ad ea tempora perduravit, quibus Pisistratus oppressa republica Tyrannidem inuasit. Fama est Theseum fuisse iuvenorem palestræ, ut ait Pausanias in Acticis, artemque palestrarum perfecisse; cum antea corporis magnitudine tantum ac robore luctarentur, arte profus ignorato. Theseus multas mulieres rapuisse dicitur: nam Antiopen & Phædræ abduxit cum adiuit Træzenem Palante & eius filios cæcis, quia res novas molirentur: & Aphydæ Helenam raptam ferunt, quæ ciuitas postea à Castore & Polluce Theseum insequentibus euerfa est, & Helena recepta, ut ait Strabo lib. 9. quo tempore Theseus ætatis suæ annum quinquagesimum agebat. Cum vero Helena in Lacedæmonem a Theseo, quod cum Theseo & Pirithoo iurerat, se recepisset, è Theseo grauida Argis enixa est; ubi templum magnificū Lucinæ erexit, ut ait Erasthratus, & Paul in Corinthiacis: quamvis Quid. in Epist. Helenæ dicat illi virginitatem à Theseo minime ereptam in his;

An quia vim nobis Neptunius attulit heros,
 Rapta semel, vide or bis quoq; posse rapi?
 Crimen erat nostrum, si delinita tuissem:
 Cum sim rapta, meum nil nisi nolle fuit.
 Non tamen ex factō teuctum tulit ille petiunt.
 Excepto rediī passa timore nihil.
 Oscula luctando tan unimodo pauca proteruus
 Abstulit: ulterius nil habet ille mei.

Habuit filios Demophontem & Acamantem, de quibus ita meminit Euripides in Heraclitis;

*Ἰὼν δὲ παῖς πῶς ἄρα Διὸς ἐστὶν υἱὸς,
 ἀπὸ πατρὸς ἀδελφῶν, τῶνδ' ἰσχυρῶν ἄριστων.*

Est Demophon bono patre natus Theseo,
 Acamasq; frater, verba qui nostra audiunt.

Narrant Theseo iactis fortibus Helenam contingere, ea tamen conditione ut prius iurarent, ut, utri illa eueniret, is operam suam concederet alteri dum mulierem sibi raperet. Fabulantur igitur hos audita eximia forma Proserpinæ ad inferos descendisse, diuturnoq; labore itineris scellos super saxo quodam cōsedisse apud inferos, vnde postea surgere non potuerūt, donec

Mythologia

- fonte ab Hercule ad Cerberum educendam eò profecto liberatus fuit Theseus. Hæc pauca de Theseo, quæ apud omnes poetas decantantur, quæq; fabulosis narrationibus magis, quam veris historiis sunt similia, ex illis multis, quæ de illo traduntur, colligere volui. Dicitur est Theseus Neptuni fuisse filius, quia viros fortes, qui humanarum virium facultatem superare videntur, aut quibus res maritimæ feliciter successissent, Neptuni filios antiqui vocarent, cum nullum Deum vel promptiorem vel ferociorem Neptuno haberent, in quæ referrent. Huius celebritas nominis apud multos scriptores claruit, quoniam ad Herculis imitationem permulta suæ virtutis exemplâ ubique maleficis delendis hominibus dedit, crudelissimisque tyrannis & latronibus trucidandis. Fieri enim non potest, ut quæ præclare cum virtute gesta sunt, meritis laudibus, & honorificis scriptorum præconiis careant, quæ plurimum conferunt & impellunt ad clarorum virorum imitationem. Nâ si taceantur insignium virorum res gestæ, ibi pro virtute desidia & ignorantiam dominari necesse est. Cur labyrinthi forma, & inexplicabiles viarum ambages, aut cur tot de Minoturo verba audiantur? num posteris etiâ labyrinthi terrorem in animis imprimere voluerunt antiqui, qui nihil nisi ad utilitatem mortalium, & ad humanæ vitæ instructionem scripserunt? nihil aliud significare voluerunt per illum labyrinthum, nisi perplexam esse, multisque difficultatibus implicatam vitam hominum, cum ex aliis aliq; semper grauioribus oriatur, è quibus nemo se, nisi per singularem prudentiam & fortitudinem, explicare potest. Verum neque illud solum in priuatam vitam cadit, sed multo magis in magistratus, & in auariciam, & in ambitionem hominum, quæ omnia mirificis difficultatibus sunt implicata. Nam si viri boni & prudentes potius, quam ambitiosi summa rerum præsent, omnes difficultates propè, quibus humana vita vexatur, delectentur; quoniam nihil est a deo formidabile, aut arduum, aut laboriosum, quod virtute non superetur. Hæc vna causa fuit cur tot de Theseo apud omnes scriptores audiantur; neque enim potuit sine Dædali arte se Theseus explicare, siue sine diuinitate quadam & præstantia ingenii. Verum quis difficilior est voluptatum, quam difficultatum certamen; multiq; superatis omnibus horrificis monstris, & grauissimis periculis postea voluptatibus ita fuerunt irretiti, ut in summum capitis discrimen peruenerint. idcirco multas mulieres à Theseo raptas, & cum in grauissimas ærumnas propter mulieres deniq; incidisse, fabulantur; cum vix fratrum Helenæ impetum euasisset, & à Cætauris propè fuerit oppressus, & ad inferos descendens inde redire, nisi adiutore Hercule, non potuerit. Nam cum firmitate neruorum, corporisq; fortitudinè eximia aliquando & effrenata libido esse consuevit, quæ temperantia & quadam animi moderatione indiget. Hanc tamen fabulam ad historiam nonnulli perducere conantur, ut testatur Zezes hist. § 4. chil. 2. & Plut. in Thesei vita; qui Proserpinam illam filiam Molossorum Regis Plutonis fuisse inquit, uxorem Cæterem, Cerberum acerrimum canem, cuius Regis filiam rapere Theseus ac Pirithous parantes deprehensi sunt. Tum Pirithous ab eo cane laniatus interiit, Theseus in vincula coniectus sequentibus temporibus ab Hercule eò accedente liberatur. Pausan. in Atticis non per dolum inquit ad Plutobem Thesei fratrem Regem hos venisse, ac filiam rapere voluisse; sed Pirithoum nimis uxoris cupiditate impulsus arma cepisse; tum exercitus magna parte amissa cecidisse in pugna Pirithoum, ac Theseum captum

peum in vincula ad Cūhyrum coniectum, quem finem omnes propè illegitimæ libidines fortiuntur. At nunc dicatur de Tereo.

De Tereo - Cap. X.

Tereus Martis & nymphæ Bistonidis filius, grauisimum & ipse supplicium subiit ob immoderatam libidinem: quippe cum non à patria solum profugere coactus sit, sed etiam humanâ figuram in formam auis commutauerit. Hic Pandionis Athenarum Regis & Zeuxippes filiam Prognem uxorem duxit, cum ipse Thraciæ & Phocidi imperaret. Fama diu inualuit apud Phocenses, ut in eorum rebus scripsit Pau. Philomelam in auem sui nominis apud ipsos ob Terei timorem fuisse mutatam. Res autem ita se habuit, ut testatus est Ouidius lib. 6. Metamor. Fertur Tereus assiduus propè precibus Prognem impulsus ad sororem Pandionem aliquandò contendisse, illumque rogasse ut secum Philomelam ad visendam sororem mitteret: quod cum facile à Pandione impetrasset, utpote qui virum bonum & temperantem generum suum arbitraretur. tum serunt in itinere Tereum cum ad Parnasi urbem Daulidem aduenisset, in amorem Philomelam incidisse, quâ etiam per vim semum vitiauit, cum illa libidini Terei diutius reluctaretur. Enimuero ne illa postea tam turpe facinus, & imputum sorori, vel alteri cuiquam indicaret, illi linguam præcidit, ac mortuam esse in itinere sorori Progne nuntiavit. Deinde Philomela rem clam per nuntios suo sanguine scriptam ad sororem misit; vel potius, ut sensit Nicocrates, acu pictam ad illam clam deferendam curauit. Id ægre ferens Progne, facinusque tam atrox non impune commissum esse oportere rata, filium Ictym, quem unicum habebat Tereus, coctum epulandum patri apposuit. Deinde cum Tereus Ictym aduocaret, extremas corporis partes Progne Tereo ostendit, eumque à patre esum fuisse demonstrauit. His conspectis Tereus ad stringendum enses accurrat ut eodem filii viscisceretur, quare Deorum consilio Progne in lusciniam conuersa est, ut celerior ad fugam efficeretur: hanc sequens Tereus sic vpupa, quam, cum esset tardior, allequi non potuit. Philomela versa est in hirundinem, & Ictym in phasianum, quæ omnia in thracia iuxta Daulim oppidum contigerunt, ut ait Stra. lib. 9. Hanc fabulam breuiter explicauit Virgil. ita in Sileno;

Aut ut mutatos Terei narrauerit artus.
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.
Quo cursu deserta petiuerit, & quibus ante
Infelix sua recta superuolitauerit alis.

Quamuis ætico more Philomelam hic dixit, pro Progne. Inde dicta est Aedon, siue Philomela, siue Luscinia eadem Progne, Ictym assiduus lamentationibus aduocare, & querulas cantilenas in syluis effundere, ut ait Hom. lib. 7. Odyss. in his;

ὄϊός τε καὶ ἀνδραγῶν κέρη χλωροῖσι κλέϊσι
καλλὴ δὴ δέχομαι ἄρα καὶ πῶς ἴσθαι ἴσθαι,
ἀνδραγῶν ἢ ἢ καὶ λαοὶ κατὰ γῆρας ἀκούουσιν.
ἢ τὴν λαοὶ τρυφῶντα χεῖρα πάλιν ἴσθαι φωνῆς,
παῖδ' ἀλαφοτρῶν ἴσθαι φωνῆς.

Sic canit, ut vernis arident soribus arua,

Et